

2523 C. Iulio Adari f. | Primo Trevero, | eq. alae Noric. | statori, an. XXVII, | stip. VII, h. a. s. f. c.

In Germania inferiore rep., inter Xanten (Castra vetera) et Cliviam, est Treviris (Brambach 187).

2524 Victoriae | Aug. sac. | Fl. Tacitus | s. c.¹ alae Aug., | Ael. Martius | s. c.¹ coh. I Ael. Brit. | pro se suisque omnib[us] | v. s. l. l. m. kal. Febr. Pio et Pontiano cos.²

Zollfeld Carinthiae, ubi fuit Virunum caput Norici (III 4812 vidit Mommsen). — 1) Singularis consularis (cf. Mommsen ad III 5272). — 2) A. 258.

2525 in h. d. d., | deo Mercu|rio, Fortun. re|d.¹, sacr., | M. Vir. | Marcellus DE|CIAL. I. F. S. A.² sing. cos.³ p. p. k. III⁴ d. s. l. | l. m.⁵ d. L. X. K. IVN. L. V.⁶

Untersaal ad Danuvium (prope Regensburg), iam Monachii (III 5938 vidit Mommsen). — 1) Fortunae reduci. — 2) Decurio alae primae Flaviae singularium (cf. supra N. 2492) Antoniniana(?). (Mo.). — 3) Singularis consularis. — 4) Praepositus kastris tertium (vel: ternis) (Mo.). — 5) De suo laetus libens merito. — 6) Die Lunae, X kalendas Iunias, luna quinta (cf. Mo. chronol. p. 312), explicat Mommsen.

2526 d. m. | Victorini | Longini eq. al. II | Fl.¹, sing.², Cl. Latinus | aedituus singula|rimum³ h. f. c.

Prope Augsburg rep. (III 5822 vidit Mommsen). — 1) Ala secunda Flavia pia fidelis militaria recensetur inter alas exercitus Raetici a. 107 (supra N. 2002). — 2) Singularis (sing. non trahendum esse ad ea quae praecedunt monuit Domaszewski Korresp. d. Westd. Zeitschr. 1891 p. 251 not. 9). — 3) Munus praeterea ignotum.

2527 pro salu[te An]|tonini imp. [n.] | Mercurio sa|crum, Fl. Raeticus optio | eq. al. Aur.¹ | v. s. l. l. m., | [Pr]aesent. et [Ru]fjino cos.²

Emetzhelm bei Weissenburg, ad limitem Raetiae (III 5924, melius Ohlenschlager Sitzungsber. der philos.-phil. Cl. der Akad. zu München 1887 p. 201 qui vidit). — 1) Optio equitum alae Auriana (de ala prima Hispanorum Auriana cf. N. 1564. 2002). — 2) A. 153.

2528 Aggaeo | hexarcho | alae celerum, | viro sagittandi | peritissimo, vi | militum interem|to (sic), Monna | marito amantissimo.

Rep. prope Klagenfurt in vico Arndorf, pertinet ad Virunum (III 4852 vidit Mommsen).

2529 (miles cum duobus equis) Nertus | Dumnotali | f. veteranus | ala Hisp. I¹, ses|quip.², Lingaus|ter³, ann. LX | stip. XXXVI, | h. s. e. | Valens frater | h. t. m. p.

Altöfen (Aquinci) rep. a. 1881 (Arch. ep. Mitth. aus Oestr. 7, 1885 p. 91). — 1) Incertum num haec sit ala prima Hispanorum Auriana, quae N. 2527. — 2) Nota sesquiplarium cum duobus equis. — 3) In titulo Moguntiacensi semel descripto (Brambach 1101) reperitur nazione Lig. austr. (Fortasse sunt ipsi Lingones, Λιγυζίοι appellati a Strabone 4, 1, 12 p. 186: Mo. eph. 5 p. 200).